propheta/: Quoniam propter
te mortificamur, tota die esti-
mati sumus sicut oves occi-
sionis: Quam pleno corde
proximis egentibus, infirman-
tibus sive aliam quamcun-
que necessitatem pacienti-
bus compassa sit et in eorum
miseriis passa, satis decla-
rant exempla precedencia.
Sed et subsequencia in hoc
ejus martirium non tace-
bunt cum tempore suo fue-
rint recitata/.

(Caput nonum)

Matronis secularibus ad se
venientibus quodammodo
predicare studuit, de deo et
celestibus rebusque spiritua-
libus cum illis conferens et
frequenter aliquas ex ~~illis~~
eis ad humilitatis et religi-
onis cultum inducens. Omni
enim precum instancia monuit
illas, de aliquo saltem absti-
nere, que ad seculi vanitatem
tenderent, vel de choreis et mani-
cis strictis atque consuendis,
aut de zonis sericis pro ornatu
crinibus intricandis et de ali-
is hujusmodi vanitatibus vi-
tandis exemplo principis
apostolorum qui in canonica
sua feminas admonens di-
cit: Similiter et mulieres subdite
sint viris suis et si qui non